



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1589. usque ad annum 1595 - Una Cum Criticis R.P.  
Honorati A S. Maria Carmel. Discalc. Observationibus In Historiam  
Ecclesiasticam Abbatis Fleurii

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118669**

§. 65. Liber de Concordia a Molina recens editus, tumultusque exinde  
exorti.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67252](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67252)

in ipsa Metropoli situm esset, necnon <sup>Sæcul. XVI.</sup>  
a Rege fundatum diceretur: porro ve- <sup>A C 1595.</sup>  
ro nomine hi Religiosi appellantur Fra-  
tres Poenitentes tertii Ordinis sancti  
Francisci, atque ejusdem instituti duo  
Virginum monasteria numerant, præ-  
ter quindecim circiter alia in Galliis, ex  
quibus tamen præcipuum est illud sanctæ  
Elisabethæ Parisiis prope Templum.

## §. LXV.

*Liber de Concordia a Molina recens  
editus, tumultusque exinde exorti.*

Jam anno Christi millesimo quingen- <sup>Hist. Congr.</sup>  
tesimo octogesimo octavo Ulyssipone <sup>de auxil.</sup>  
Pater Ludovicus Molina Jesuita librum <sup>I. I. c. 13.</sup>  
quemdam ediderat, quo mox acribus  
omnino disceptationibus somitem sub-  
ministrabat, huic suo libro titulum præ-  
figens: *Concordia liberi arbitrii cum gra-  
tia:* cum autem physicæ prædetermina-  
tionis sententiam indigno modo ibi-  
dem traduceret, Dominicus Bannez  
eruditissimus Fratrum Prædicatorum  
Theologus hunc librum refellebat,  
demonstrans, quod hic Jesuita erronea  
innovasset dogmata, quæ non ita pri-  
dem generalis Inquisitio Castellana  
proscriperat dum anno Redemptio-  
nis nostræ millesimo quingentesimo  
octogesimo primo Patris Montemajor  
itidem Jesuitæ propositiones damnave-  
rat; verum Molina jam antea satis

P p 2

pro-

Sæcul. XVI. provide sui libri securitati prospexerat,  
A.C. 1595 dum eundem a Patre Ferreira Domini-  
cano librorum Censore approbari cu-  
rabat, cumque hic non sine elogio li-  
brum ratihaberet, Molina hac appro-  
batione fretus ab ipso supremo Lusi-  
tanæ Inquisitionis Præfecto licentiam  
impetrabat, ut hoc opus suum, acce-  
dente etiam Castellani, & Arragonen-  
sis Senatus privilegio, in lucem edere  
posset: præterea cum Albertus Cardi-  
nalis Austriæ Archidux & Rudolphi  
Cæsaris Frater, tum Lusitanæ Prorex  
sanguinis, & affinitatis vinculo Fran-  
cisco Borgiæ olim supremo Societatis  
Moderatori junctus esset, hinc Jesui-  
tas potenter, ac speciatim Molinam  
protegebat, unde Bannesii querebantur  
quaquam hujus Principis animum tan-  
gebant: felicis tamen successus spes  
non paucos excitabat, ut Molinæ li-  
brum, ejusque opiniones impugnarent,  
quinimo ex ipsa Societate nonnulli se-  
se huic novitati opponebant, ac præ-  
primis Henricus Henriquez Lusitanus  
olim Salmanticæ Professor non modo  
viva voce, sed etiam edito hanc in  
rem libro theologicō, cui titulus: *de*  
*fine hominis*: Molinæ librum impugnabat,  
suum tractatum anno Domini millesi-  
mo quingentesimo nonagesimo tertio  
typis edens: insuper anno sequenti  
rursus

rursus hunc Molinæ librum censura **Sæcul.XVI.**  
perstringebat. **A.C. 1595.**

## §. LXVI.

*Pontificis diploma pro præcavenda  
diffensione editum.*

Interea disputantium æstus non modo  
in Lusitania, sed in Hispania inter **Hist. l.c.**  
**Jesuitas, & Dominicanos indies ma-**  
gis effervescebat; hi enim suarum  
partium esse credebant, ut rem ad su-  
premium Regni Castellani Inquisitorem,  
qui tum erat Cardinalis Quiroga Tole-  
tanus Archiepiscopus, deferrent: cum  
autem hic Præsul hanc disputationem  
in apertum schisma degeneraturam ve-  
reretur, gravibus admodum verbis to-  
tam rei seriem ad Pontificem perscribe-  
bat: eapropter Clemens VIII. ad Tole-  
tanum Archiepiscopum, necnon ad Ca-  
millum Cajetanum tum Madriti Sedis  
Apostolicæ Nuntium ineunte Mense  
Julio anno Christi millesimo quingen-  
tesimo nonagesimo quarto diploma  
dedit, in quo hujus negotii cogni-  
tionem Archiepiscopo, & Nuntio inter-  
dicit, ubi hæc tria puncta per Camillum  
nomine, atque authoritate sua sub  
gravissimis poenis Superioribus di-  
ctarum Religionum præcipit, & qui-  
dem primo suis quoque Religiosis in-  
terdicant, ne acribus verbis, aut in-  
juriis super his quæstionibus de gratia,

Pp 3                   publi-

XXXI.  
exerat,  
omini-  
ari cu-  
gio li-  
appro-  
o Lusi-  
entiam  
acce-  
gonen-  
n edere  
Cardi-  
udolphi  
Prorex  
Fran-  
sietatis  
Jesu-  
olinam  
elæ ne-  
um tan-  
us spes  
inæ li-  
narent,  
nulli se-  
c pre-  
sitanus  
modo  
nanc in  
lus: de  
gnabat,  
mille-  
tertio  
equenti  
rursus